Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Qui offert illa coram dño et rogabit pro
ea et sic mundabit a profluvio sanguinis
sui. Quid enim p pullis colube nisi anime
et corporis puritatem et innocentiam? Quid no per
turture nisi utrusq; his castitatem? Hec autem
ille pro peccato offert qui de peccatis priusq;
agens innocentiam et caste se vivere promittit.
Hec autem totum fiat consilio sacerdotum. Qui
semp ad ostium tabernaculi stantes pietatis et
fidei januam ceteris aperiunt sinsq; orationi
bus sancta vota et bona desideria deo presentant.
Quod autem ait et sic mundabit pro fluvio
sanguinis sui. non quia peperit sed quia pre
cavit. mundatione mulieris indigere significat.;

Quod si non poterit offerre agnum offe
rat duos turtures vel duos pullos
columbe. alium in holocaustum et alium pro
peccato. In lege autem et pauperibus cavetur
et significatio non mutatur. xpo enim et
turtur est ymo turtur et ecclie caput. et
pullus columbe quia ecclie filius. Ecclie
namq; filia virgo gaudia est cui ipse xpo
filius est. Offert igitur homo duos turtures
vel duos pullos columbe. xpm videlicet et
se ipm. xpm in holocaustum se pro peccato. et
illius passionis memoriam agendo se pro
peccato macerando et affligendo. Siquis et
autem et in agno et in avibus solum hoiem in
telligere velit manifesta et non laborio
sa est allegoria.;

Locutus est dns ad moysen et aaron
dicens. Homo in cui carne et cute
ortus fuerit durisve color sive pustula aut
qi lucens quispiam videlicet plaga lepre ad
ducet ad aaron sacerdotem vel ad unum
quemlibet filiorum eius. Qui cum viderit le
pram in cute et pilos in album mutatos
colorem ipsamq; speciem lepre humiliorem
cute et carne reliqua. plaga lepre est et ad
arbitrium eius separabitur. Siquidem et
corpus manifestis quibusdam et certis sig
nis leprosum esse probatur. ita et in alia
signa quedam sunt quibus eius lepra mani
festatur. Et leprosi quidem corporis signa
modo audium? aliis no postmodum dicent.
Non enim pp corporis lepram hec moyses scrip
sisse vel dns scribere iussisse videtur. Sed
p visibilem lepram nobis lepram invisibilem
ostendere voluit. Atq; ideo hui? signa tam
diligentissime posuit. ut illius quoq; sig
diligentissime investigem? Homo q qui i
ania sua plagam lepre esse cognoverit ducat
eam ad aaron et ad filios eius. ducat eam
ad ipos et sacerdotes. Melius enim est ut
ipse ducat q ab alijs ducat. melius est ut
ipse se accuset q ab alijs accusetur. Sed sive
a se sive ab alio. prius ad sacerdotem aaron
ducatur prius ab eo iudicetur q alios iudi
co condpnet. Solus enim episcopus et sacerdotes
sedm aiam dampnandi et iudicandi. ligan
di atq; solvendi potestas a dño data est.
Peccat igit qui leprosum aliquem et peccato
rem a communione sua separandum putat. et
prius q ab episcopis et sacerdotibus iudicetur.
Ducatur ergo leprosus ad sacerdotem. Sic
enim dns ait. Ite ostendite nos sacerdotibus.
Consideret autem sacerdos diligenterq; pqui
rat si lepra est. Habet enim lepra sua signa
neq; celari potest facileq; cognoscitur. Quis
enim adulterium vel homicidam periurium sacri
legum furem et raptorem dubitat esse leprosum?
Talem igitur sacerdos invenient. nec
timore nec amore munere iudicium dicat
eum esse leprosum et sedm eius arbitrium
separetur. Sedm eius quidem et non sedm al
terius. Prius enim est iudicare ipsius est sepa
rare. Quomodo separe? Multis enim modis
fit separatio. Alij enim a corpore et sanguine xpi.
Alij ab ecclie introitu. Alij a communione fidelium
separantur. Separantur etiam a quibusdam abis
et potibus alijsq; carnis voluptatibus ut iam
nunc hiare non utantur hijs rebus quibus prius lia
re utebantur. Sequitur.;

Quantum lucens candor fuerit in cute. in
humiliore carne reliqua et pili colorem
pristinum recludat eum sacerdos septem diebus
et considerabit die septimo. et siquidem lepra et
ultra non creverit nec transierit in cute per
annos. rursus includet eum septem diebus
alijs. et die septimo contemplabitur. Si obscuior
fuerit lepra et non creverit in cute mundabit
eum quia scabies est. lavabitq; hominem vestimenta
sua. et mundus erit. Hec enim de illo intelli
gi debent de quo mala fama qualibet occasio
ne divulgatur. Quasi enim lucens candor in
cute apparet cum ad aliquem rumorem et vetere
diam turpis eius fama ab alijs declarat. Nd
si verum non est et probari non potest macula
que putatur non est humiliore carne reliqua.